



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

Genet, François

Parisiis, 1703

Q. 1. Quænam sunt partes necessariæ ad constituendum Sacramentum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40834

De Sacramentis. Cap. IV. 15

Ius: Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in Ecclesia.

C A P U T IV.

De partibus necessariis ad constituendum Sacramentum.

Quaest. I. QUÆNAM sunt partes necessariae ad constituendum Sacramentum?

Resp. Omnia Sacramenta, ut ait Concilium Florentinum, tribus perficiuntur, videlicet rebus tanquam materia, verbis, tanquam forma, & persona Ministri conferentis Sacramentum, cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia; quorum si aliquod desit, non perficitur Sacramentum. Idem statuit & decrevit Concilium Tridentinum. sess. 7.

Conc. Florent. sub Eugenio IV. in Armenorum Decreto.

Quaest. 2. In quo consistit materia & forma Sacramentorum?

Resp. Quemadmodum in compositis naturalibus, vocamus materiam id quod determinari debet ad tale esse per aliud, formam vero vocamus quod ipsam materiam ad aliquid determinat, ac perficit; ita in Sacramentis res sensibiles quæ ex se indifferentes sunt ad significandum plura, dicuntur materia, & verba illa determinantia ad tale significandum, dicuntur forma: Ex verbis & rebus, inquit sanctus Thomas, fit quodammodo unum in Sacramento, sicut ex forma & materia, in quantum scilicet per verba perficitur significatio rerum. Et ibidem in corpore articuli sic habet: Aqua enim significare potest & ablu-tionem propter suam humiditatem, & refrigerationem propter suam frigiditatem; sed

D. Th. 3. p. q. 60. art. 6. ad 2.

ibidem in corp. articuli,